



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 33. Regis, & Hungariæ Ordinum responsio ad Achmetis literas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. A. C. 1614. fomitibus, negotium omne cum Transylva-
 nis ita componant, ut tam hujus regni,
 quam ipsius provincie salus permaneat, om-
 nisque via, unde huic regno & ipsi Provincie
 exitium evenire posset, tollatur, Legatio-
 nis ad Sultanum continuato curriculo: si
 vero idem iniquas condiciones proponeret,
 & per eas pacem rumpere comperiretur, in
 eo casu Hungari vestigia prædecessorum suo-
 rum sequentes, cum confederatis provin-
 ciis, juxta leges eorum simul vivere & mori,
 & hosti manifesto sese opponere non præ-
 termittent, præstabuntque, quod fideles bo-
 nosque patricæ cives decet, modo sua Maje-
 stas sic peractis cum Sultano & Transyl-
 vano legationibus, reportatisque utrinque
 responsis, & intellectis aliis, quæ sub his
 Legationibus accidere possunt, comitiis in-
 dictis, cum fidelibus Statibus & Ordini-
 bus Regni communicare clementer dignetur.

§. XXXIII.

*Regis, & Hungariæ Ordinum re-
 sponsio ad Achmetis literas.*

*Reva l. c.
 Pann. nova
 & vetus.
 Ortel. contin.
 pag. 50.*

Placuit Regi hoc Hungarorum confi-
 lium, quocirca una omnes in hanc
 descendebant sententiam, ut priusquam
 belli alea foret experienda, res confi-
 lio decerneretur; collatis igitur suffra-
 giis, die vigesima septima Maji Sulta-
 no hoc modo responsum est: Meminit
 qui-

Sæc. XVII.
A. C. 1614.

quidem Majestas Regia, quomodo pax ad
Zituatorok utrinque inita, scriptis, signa-
tisque literis comprehensa, atque a Divo Ru-
dolphi, & moderno Rege ac Cæsare, juxta
posteriolem pactorum formulam confirmata
fuerit, nihilque sibi magis curæ fuerit, quam
ut pacis leges, & jurisjurandi utrinque
præstiti fides, inviolata & integra persiste-
ret, absque mutatione aliqua & fraude,
gravi edita cautione, ne quis clam vel a-
perte in quacunque parte regni constitutus
sub pœna capitis illam turbare, aut paci
aliquid contrarium facere auderet. In majo-
rem etiam pactio-um firmitatem, Andream
Nigronium duobus abhinc annis Constanti-
nopolim, ut illa, quæ componenda resta-
rent, integre componerentur, expedivimus,
ea fiducia, quod Turcici Imperatoris lega-
tus secundum inite pacis conditiones expedi-
retur. Quod cum præstitum non fuerit, sed
quædam interea dissensiones & offensiones
occasione Transylvanice, vicinorumque lo-
corum inciderint, aliaque multiplices actio-
nes hostiles ex finitimis ipsius ditionibus in
nostris Regnis & provinciis patratae fue-
rint, ut eæ prohiberentur, postulavimus,
nostrasque eo nomine querelas Constantinopo-
lim misimus, quæ cum tam arduæ fuissent,
ut non nisi ab utroque Imperatore compo-
potuissent, eas supra dicto Negronio tractan-
das commisimus: sed quandoquidem ille huc-
usque in ditione ipsius tenetur, neque quo

Sæc. XVII. A. C. 1614. *in cardine ardua hæc negotia versentur, sciat, difficile erat, ad omnia literarum ipsius capita nunc respondere. Ubi autem ad nos una cum nostro Orator Turcicus advenerit, adhibito quorundam ex Regnis, ditionibusque nostris Primariorum consilio, plenius responsuri erimus: hortamur interim, ne contra stabilitæ pacis jura aliquid a suis patrari violenter permetteret, & contrarium facientes punirentur, quod a parte sua observari nobis persuademus, quod si vero ab ejusmodi actibus hostilibus sibi minus temperaverit, justa causa vindictæ præbita nequaquam ulterius id dissimulabimus, sed quibuscunque viribus ultionem persecuturi sumus. De Transylvania, vicinisque castris & arcibus, quas usque adeo in literis suis urget, ubi Commissarii, qui ad negotia illa tractanda eo missi sunt, & Andreas Nigronius unacum Turcico Oratore redierint, nobisque de successu tractationum exposuerint, maturo & æquo responso mentem nostram sumus aperturi.*

In iisdem etiam comitiis non sine magna Hungarorum repugnantia tandem conventum, ut Germani milites pari cum Hungaris jure in eorum propugnaculis, finitimisque urbibus præsidia agerent. Sub idem tempus Mathiæ Cæsari nuntiatum, quod Pragensis Archipræsul ex omnibus ditionibus & nominatim ex Osleg Cisterciensium
Mona-

Monasterio Prædicantes eiecerit, inde Sæc. XVII.
 vero maximi per Bohemiam motus per- A. C. 1614.
 timestendi forent.

§. XXXIV.

Gallia intestinis motibus agitata.

Haud magis pacata erat Gallia, Regii Gramont.
 sanguinis Principibus, aliisque no- Hist. Gall.
 va indies molientibus: nec una erat l. I. Serran.
 horum motuum origo; quosdam enim Franc. Hist.
 Reipublicæ amor, alios odium in Regni pag. 923.
 Administratricem, potissimos privati Calmet hist.
 commodi studium ac invidia incitabat Univ. l. 151.
 in Conchinum, natione Italum, quem Merc. Gall.
 auctoritate gratiaque conjugis suæ Eleo- tom. 10. l. I.
 noræ sibi conciliatum Regina Marchio-
 nem creaverat Ancræum, ac denique
 ad summum totius Regni Equitum ma-
 gisterium evexerat, Regii sanguinis
 Principibus & Palatii Magnatibus pa-
 lam querentibus, quod duobus hisce
 alienigenis plus auctoritatis tribuere-
 tur, quam ceteris omnibus Aulæ Mi-
 nistris. Insuper non leve aversionis ar-
 gumentum erat immodicus favor, quo
 Regina Guisiam, Contiamque, fœmi-
 nas Principes prosequabatur, easque
 lætissimis, & assiduis cænis, ludisque
 recreabat, aliis, præsertim Nivernæa
 Duce, & Sueffionensi Comitissa, ejus-
 dem census & Ordinis Matronis ad æ-
 quale